



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

L. vi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

cautus eum patribus nostris iniuste egimus iniquitate fecimus Attende Gloria Acten.

**In secundo noc. an.** De etenim de die in diem querunt: et scire vias meas volunt. **an.** Nesci at sinistra tua quid faciat dextera tua. **an.** Tu autem cum oraueris intra in cubiculum et clauso ostio ora patrem tuum. **v.**

Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis.

**Q**uod si opus est **Lectio iiii** vnicuique infirmo secreti aut sibi soli aut cum alio infirmo similiter faciat preparare: quia non ei oportet ut aliquem sanum roget ad prandium ne sibi augeat etiam de alterius gula peccatum. Pro eo tamen quod non potest ieiunare amplius pauperibus erogare debet ut peccata que non potest ieiunando curare possit elemosynam dando redimere.

**In ieiunio et fletu orabant sacerdotes dicentes** Parce domine pro populo tuo: et ne des hereditatem tuam in perditionem. **In vestibulis et altare plorabant sacerdotes dicentes:** Parce domine. **Lectio quinta**

**B**onum est ieiunare fratres sed melius est elemosynam dare. Si aliquis vtrunque potest duo sunt bona. si vero non potest melius est elemosynam dare. si possibilitas non fuerit ieiunandi elemosyna sufficit sibi sine ieiunio. **Je**

iuuium vero sine elemosyna non sufficit. Tu autem. **v.** In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia. Et non vituperetur ministerium nostrum. **v.** Ecce nunc tempus.

**E**rgo si aliquis non potest ieiunare det elemosynam. **E**lemosyna sine ieiunio bonum si vero preualet ieiunium cum elemosyna duplex bonum est. nisi forte ita sit aliquis pauper: ut non habeat omnino quod tribuat. Illis vero qui non habuerint unde possint tribuere sufficit bona voluntas. **Tu.**

**Ab**scondere elemosynam in sinu pauperis: et ipsa oret pro vobis ad dominum. Quia sicut aqua extinguit ignem ita elemosyna extinguit peccatum.

**H**onora dominum de tua substantia et de primitiis frugum tuarum da pauperibus. **Oratio Gloria.** **In tertio nocur. a**

**J**esus autem cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esurijt. **an.**

**G**lade sathanas non temptabis dominum deum tuum. **an.**

**R**eliquit eum temptator et accesserunt angeli et ministrabant ei.

**C**lamabit ad me et ego exaudiam eum. **Cum ipse suum in tribulatione.** **Secundum Hieronymum**

**I**n illo tempore ductus est iesus in desertum a spiritu ut temptaretur a diabolo. **Et reliqua**